

1772.

1. Boninus: Rhapsodice supplementa. Programme, quo
ordinarius senior eaeque facultatis justitiae eretto.
res: memoriam Borusanum indicunt.
2. Bauerus, Henricus Gottfridus: De effectu in filtrationis sub
tormentis in couerto Programme, quo solennia doctoralia
Augusti Sebastiani Rembackii indicant.
3. Bauerus, Henricus Gottfridus: Investituram simultaneam
sive vasalli consuecte impletationem prope nullam esse.
4. Bauerus, Henricus Gottfridus: De modo torturæ secundum
leges habendo.
5. Bidermann, Michael Fridericus: De vera sententia sive
nullitate sive insanabilitate ad recess. Imp. noviss. §124.
122.
6. Bidermann, Franziskus Klemas: De visitatione et
revisione universitatis languam causa regiminiis
vi potestatis inspectoriae instituenda.
7. Breuning, Christianus Han: An honorarii datio
in contrachibus gratiosis liberta & danno dato restituenda.
8. Breuning, Christianus Han: Ancessus, postquam sciventer factum
comitem, atque ceteri solvere possunt?

1772

9. Breuning, Christianus Huc: De actione quare = 16,
pedaria ex Romano, Germanico et patro jure.
10. Breuning, Christianus Huc: An prohibitio pablos in
testamento de non dividenda hereditate cum
matre coherede impedit divisionem? 17.
11. Breuning, Christianus Huc: An des protectilia pro
mox ha uore ententibus liberis reddit ad pat
rem? 18.
12. Breuning, Christianus Huc: Definibus et allegabo
notas mediatorum intergentes liberas. 19.
13. Breuning, Christianus Huc: An spuria a vero legitima
in matrino uim ducta macula nativitatis libetata.
14. Breuning, Christianus Huc: An legatum sub conditione 21.
in alterius artificium collator, si cass impediatur
conditio, reficiatur?
15. Breuning, Christianus Huc: An separatio liberos,
rum involvunt renunciationem hereditatis paternae

1772.

16. Breuning, Christianus Hns: An mutuum contractum
e. possit inter ignorantes?
17. Breuning, Christianus Hns: Ad iuramentum de ultima
natura late non mutuaria omni carat obligatio?
18. Breuning, Christianus Hns: An res cotta testamento
prol. per querelam inofficiori corrumpant codicilli testab?
19. Breuning, Christianus Hns: An pater lenatur liberis
pro. et mercedem praestans propterea operas praestitas?
20. Breuning, Christianus Hns: An venditor hereditatis
dicitum additione hereditatis compulsione recte
retin. exigat ab entore?
21. Breuning, Christianus Hns: An mercede denuntatio
mer. involvit narrationem locutionis conductionis?
22. Breuning, Christianus Hns: An statularia portis debet
vers. his uxori, quae cum refractorio in morte sacerdotali capula
nunc. conjuncta est, licet cum eo postea thoracem non esen-
derit?

1772.

23. Breunig, Christianus Nees: *Quatenus senectus liberet?*
a contumacia, si citatus non compareat?
24. Einert, Christian Gottlob: *Definitio alienacionis, quae
in mutuo fieri dicitur.*
25. Einert, Christianus Gottlob: *De incremento, vel alluvione
vel fluminis vi, fundo fundati affecto, tributis sena-
tuarum non obnoxio.*
26. Einert, Christianus Gottlob: *Observationes juris
maris*
27. Einert, Christianus Gottlob: *De exceptione veritatis*
28. Einert, Christianus Gottlob: *Pro legato consequendo execu-
contra heredem ex Testamento ejus non posse.*
29. Francke, Henricus Gottlob: *To nece foederum perpetuac
unionis inter Augustam domum Austriae et Poloniae
regnum. Programma, quo ad solemnia magistrorum iuristar-*
30. Hommel, Contra Ferdinandus, fac. ius. Pro cancellarius :
*Rhapsodie supplementa. Programma, quo solemnia Poetis
Julia Ehrenboldi Frederici Bidermanni indicit.*


1772.

1. Hommelius, Carolus Ferdinandus: Rhapsodie sapp.
flementa.

quae 2. Mueller & Berner, Augustinus: De probatio-
ne indebiti ad l. 25 D. de Arbat. et praesumt.

3. Pfeilmannus, Iacobus Antonius Ernestus: De querela
in sufficienti testamento patribus atque sororibus
contra spurious haud competente.

4. Rau, Christianus: Exercitatio juris ciuitatis ad l.
79 d. ad legem Falciidam. -



F. 8. num. 5.

1772,3.

INVESTITVRAM
SIMULTANEAM SINE VASALLI
CONSENSV IMPETRATAM PROPE
NVLLAM ESSE

D I S S E R T A T I O

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
CONSENSV
PRAE SIDE

D.HENRICO GODOFREDO BAVERO
PANDECTT. ANTECESS. ORD. RELL.

D. VIII. OCTOBR. A. C. MDCCCLXXII.

IN AUDITORIO PETRINO
PVBLICE TVEBITVR
CAROLVS LEBERECHT FVSSEL
DRESDENS.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA



June 8th



INVESTITVRAM
SIMVLTANEAM SINE VASALLI
CONSENSV IMPETRANDAM
FERE NVLLAM ESSE.



§. I.

Praemonita.

Non omnia, quae ad rem propositam per-
tinent, in vnam plagulam cogi posse,
me etiam nihil monente, Iuris Cliente-
laris prudentes facile omnes intelligunt.
Neque vero id necessarium esse duco. Siquidem prin-
cipia, quibus superstrui debet haec tractatio, tam sol-
licite ab aliis, ac potissimum a Parente IOH. GODOF.R.
in *Dissertatt. de Indole et Natura Investiturae Feudalis,*

A 2

de



de Origine et Progressu communis Saxonum manus, denique de Forma ac Definitione comm. Sax. man. curateque ex primis fontibus repetita, fortissimisque argumentis firmata sunt, ut his infistere nequaquam dubitem.

§. II.

Simultaneae inuestiturae diuisiones.

Mitto reliquas, quae praeterea in iure feudal i^ectioni simultaneae inuestiturae respondent, notiones, quae vel aequalem iurium in feudo, vel possessionis certe communionem inducunt, expositas in cit. *Dissert. de Orig. et Progr. comm. Sax. man. §. IX. seqq. et XXV. seqq.* Illam videlicet experimur frequentius dici inuestituram pluribus de eadem re aequo principaliter concessam, hanc Saxoniae curiae feudales plane ignorant. Solam eam volo, quae successionem in feudo post vasalli improlis mortem tribuit, et ad quam pertinent verba in *Mand. El. Sax. d. d. 30. April. a. 1764. Tit. I. §. 1. occurrentia; weil nach Sächsischen Rechten die Lehns-Folge allein auf der gesamten Hand steht etc.*

§. III.

Quid simultaneam ac eventualem inuestitutram interficit.

Nec patere tamen his Mandati verbis in eam te induci opinionem, vt putas, nullo modo, praeter communem, quam vocant, manum, successionem in beneficium posse adquiri. Lex nostra solam eam succe-
den-

5

dendi rationem notat, quae vasallo debeatur, et quam ipsa principalis inuestitura non monstruet. Posse enim dominum directum in euentum, quando feudum ad ipsum redierit, eius capiendi spem alii facere, eandemque inuestitura, dicta ob id euentuali, firmare, aliunde nouimus. Quam euentualem ac simultaneam inuestituram hoc interest, ut haec vasalli ipsius dominium ingrediatur, illa non. Et quanquam non temere subiugetur vasallus, ne dominus clientelae venditioni contradicat, quam apertam alii promiserit, id rem non mutat. Primo enim non facile videris eiusmodi paetiones, expectantias dicunt, fieri, nisi super beneficiis, ut nominantur, aperturae proximis. Praesertim, quod Serenissimus Llator in cit. *Mand. Tit. VI. §. 3.* clementissime profitetur, se reliquorum alienationes, si imploratus fuerit, esse concessurum. Deinde, si dominus feudum Sempronii, quod in euentum aperturae Titio promiserit, ac interueniente inuestitura concederit, Caio vendi patiatur, non est, ut hic illius euictionem post Sempronii eiusque liberorum mortem extimescat. Etenim, quum venditio et inuestitura ab emitore impetrata impediatur, quominus ex morte venditoris directum ac utile dominium coalescant, oportet, ut conditio deficiat, iuncta promissione et inuestiture Domini, Titio factae. Alia omnia de simultanea inuestitura accepimus. Ut potius hac praeditus beneficium, se inuito alienatum, etsi dominus consenserit, nouamque inuestituram

A 3

fece-



fecerit, alienatore, eiusque liberis, quibus data erat per pristinam inuestituram successio, mortuis, ab eius possessori iure suo vindicet. Quam ob rem Serenissimus Elector Saxoniae neque oppignorationem neque venditionem beneficii, nisi ratam a simul inuestitis habitam, se probaturum esse, prae se fert *in cit.* *Mand. Tit. VI. §. 1.*
et 4.

§. IV.

Inuestitura simultanea consensum vasalli defiderat.

Ex his cui non pateat, quantam vasallo afferre molestiam simultanea inuestitura possit, et quam arcto haec cum inuestitura principali vinculo cohaereat. Id enim sua natura operatur, vt, quoniam certae rei promittitur successio, res promissa talis persistat, qualis erat, quo tempore pactio pangebatur. Quam ob rem non dubito eorum sententiae subscribere, qui simul inuestito vtile quoddam condominium tribuunt, si a iuris quidem ratione non alienum esse, dominum appellari, qui, sese nihil agendo, quominus quid ab altero fiat, iure prohibet, ipsius domini directi, praesertim in feudo franco, et vxoris in fundo dotali, vt alia praetermittam, exempla demonstrant. Et eiusmodi condominium vasallo insuito, quis putauerit, posse adiungi. Nec quisquam in feudo novo id unquam somniatus est. Dum contra naturam est, ei, qui rem sibi adquirit, socium inuitio addere velle, a cuius arbitrio in exercendo domi-

domini*ū* iure pendeat. Quum igitur per se, multisque ex legibus constet, inter quas rursus ad saepius *cit.*
Mandat. Tit. VII. §. 1. prouocasse sufficiat, vasalli esse, declarare, velitne alios, et quibus legibus in hanc beneficī communionem recipere, supereft, vt dispiciamus, eadem, an diuersa sit feudi antiqui conditio.

§. V.

*Fit mentio differentiae successionis ex Jure Feudali Germanico
 et Longobardico.*

Hanc intercedere nouimus successionēm juris Feudalis Longobardici, et Germanici, differentiam, vt illo, qui ab adquisitore feudi per iustas nuptias descendunt, omnes ad successionem suo ordine admittantur, absque villa renouandi inuestituram necessitate, hoc vero, si posteri diuisionem bonorum per mortem patris obuenientium instituant, ceteri, qui in portionem hereditatis feudum non accipiunt, hac ipsa diuisione iure succendi ex patris investitura quaesito omnino excidant, nisi domini promissione conseruetur. Secundum notissimum illud; *durch die Theilung wird die Lehn gebrochen.*
Jus Feud. Sax. Cap. XXXII. et Alemann. Cap. LXIII.

§. VI.

Adducuntur argumenta, quibus Siegelius probare studet, proprio iure adquiri infeudo antiquo inuestituram simultaneam.

Quam etsi promissionem IOH. GOTTL. SIEGEL in *Dissert. de Simult. inuest. sine consensu Vasalli impetr.* simul-



simultaneam inuestituram non esse §. IV. concedit, et si largitur §. VII. hac pactione ademtam vasallo non esse facultatem, feudum, modo dominus permittat, alienandi; tamen sibi persuasum habet, in eius locum inuestituram simultaneam adeo successisse, ut, velit vasalus, an nolit, eam agnati, modo prius principaliter inuestiti fuerint, a domino iure suo petere valeant. Si ex me quaeris, quibus argumentis hanc suam sententiam suffulciat, nulla inueni. Sunt enim tam levia, ut rectius nulla dixeris. His vtitur in §pho XVI. non impeditri fructuum perceptionem, et esse credibile, maluisse vasallum eam rem, cui successorem mortis causa statuere non possit, consanguineis suis, quam domino, relinquere, tandem *Constit. El. XLV. P. II.* nihil habere de venia vasalli impetranda. Deinde in eiusdem §phi verbis finalibus, vasallo damnosam esse posse agnatorum simultaneam inuestituram, fatetur. Et est sane, quia libertatem feudi cum domino alienandi tollit, quam ob causam praesumere non licet vasalli consensum. Dum scimus, tantum in iure praesumi consentire in obligacionem, vel, rectius dixeris, ut consentiant, compelli, quorum utilitas geritur, vel, qui obligationem ipsis impositam sine turpitudinis nota recusare non valent. Quorum neutrum cadit in hunc nostrum locum. *Cit. Conf. XLV.* vero rem praesentem plane non ferit. Si non quidem modum, adquirendi inuestituram simultaneam, verum necessitatem demonstrat, eius, quae iure impetrata sit, renouandae.

§. VII.

¶ ¶ ¶

9

§. VII.

Aliud argumentum obſtans recenſetur.

Aliud ſupererit, quod nobis diſſicilius, quam tota
SIEGELII traſatio, negotium faceſſit, et quod ab hoc
omifſum, quum data opera agnatorum cauſam contra va-
ſallum agat, fatis demirari non poſſum. Niſi rurum no-
uimus, antequam in Germania iuſ ciuile Romanorum,
cum eoque libertas contrahendi, et in mortis euentum
ſuper ſuis rebus ſtauendi, innotuerat, nulla in re studio-
fius verſatos fuiffe maiores noſtros, quam, ut bona libe-
ris conſeruarentur, ſuusque adeo familiis ſplendor con-
ſtaret. Inde filiorum praec filiabus in fundis etiam allo-
dialibus ſuccesſio. Inde fundorum a patre acceptorum
prohibita, non conſentientibus, qui ad familiam pertine-
rent, omnibus, alienatio. Ob eamque rem, facta benefi-
ciorum a patre acceptorum diuifione, inſuper habita in-
uestitura ſimultanea, ſola futurae ſuccesionis a Domino
facta promiſſio ſufficere poſſe, ipſa vero inuestitura ſolis
liberis, nouo quaefito a patre beneficio, neceſſaria vide-
batur, I.F.Sax.Cap.XXXV.I.F.Alem.Cap.LXVIII. §. 1.
Inde, poſtquam ius dominii per Iuris Romani praecepta
factum liberius, in locum expectantiae, (ut vocabulo ar-
tis vtar,) ſimultanea agnatorum ſucceffit inuestitura. Ex
quo conſecutionis filo, quoniam conſultum fuit viſum,
agnatorum iuri, in feudo paterno ſuccedendi, firmiori
quodam remedio ſuccurrere, facile quis coniicere poſſit,
aeque minus ad illud conſequendum opus eſſe vaſalli

B

volun-



voluntate, atque haec olim ad impetrandam Domini promissionem habita fuit necessaria. Idque in primis, quod, vbi leges nostrae mentionem faciunt in uestitutae simultaneae liberis mortui vasalli, aliisque, ad quos deuoluta, et amissa per diuisionem, vel refutationem, fuerit feudi successio, impetrandae, de vasalli ratihabitione tacent, *v.*
Mand. Nouiss. Tit. I. §. 6.

§. VIII.

Quae remouentur, et sententiae nostrae veritas constituitur.

Verum salua, nullisque difficultatibus inuoluta est res nostra. Potuit consultum videri, simultanea uestitura fratribus concessa vel anteuertere ut ille cum directo domino consolidationi, vel posteris necessitatemi imponere, conseruandi bona a parentibus profecta. Ex in vero non consequitur, vasallum, qui feudum paternum a fratribus emit, ipsosque adeo ad transferendum rei antea communis dominium obstrictos habet, hunc igitur, postquam restituta est domini libertas, sine conuentione teneri, ad reddendum rei, iam suae factae, aliquod condominium. Id neque aequitatis, neque iuris civilis, neque clientelaris ratio ullo modo patitur. Nimirum aequitas pariter atque ius ipsum non permittit, quod in fauorem alicuius constitutum est, in eius odium detorquere, liberisque aequali ius in paterna hereditate tribuit, ac heredes ad evictionem sibi inuicem praestandam obligat. Ex quo consequitur, ut, quo iure fratres in portione hereditatis ipsis obueniente potiri cupiunt, eiusdem ut vasallo

vsuin

■ ■ ■

vsum in sua concedant. Itaque condominium sibi aut asserere non valent, aut idem vasallo tenentur offerre. Ut potius inuestituram simultaneam ad lubitum vasalli suscipere, pactoque adiecto eandem vasallo libertatem super feudo disponendi, quantum in ipsis est, tribuere teneantur, qua gaudent in suis bonis. Quod data opera probauit, exemplo illustrauit, et praeiudicio firmauit Consultissimus ADOLPH. CHRIST. WENDLER in *Dissert. de Obligat. litteras feudi reuersales dandi coheredibus.* Neque, vt aliter sentiamus, ius feudale efficit, siquidem primo, quod antea vidimus, in feudo nouo simultaneam inuestituram in vasalli arbitrio collocat, deinde, vbi meminat simultaneae inuestiturae, filii vasalli, non successoribus, impertienda, de obligatione domini, non vasalli, agit. Estque haec domini iure nostro, respectu ad simultaneam inuestituram habito, obligatio, vt de feudo nouo, quos intra statum tempus vasallus velit, et quos feudi natura admittat, simul inuestiat, de antiquo, qui, principali antea inuestitura comprehensi, illa se abdicant, hac lege, vt simul inuestiantur. Quae lex vt exitum habere possit, oportet, vt vel consentiat vasallus, vel consen-
tire teneatur.

§. IX.

*Idem argumentum continuatur, et exceptiones a regula
recensentur.*

Tenetur vero consentire, si a patre haec ei imponitur necessitas. Etenim quum nostrum ius feudale pla-

B 2

cita



cita iuris Longobardici in hoc probet, ut a feudo paterno filium non heredem repellat, non potest non vasallus, cuius fratres, vel ex fratre nepotes pater simul inuestiri iussit, huic voluntati obtemperare. Ex sola vero feudi in portionem hereditatis filio relictae addictione haec necessitas non consequitur. Ut potius, *huc pertineat WENDLERI Dissert.* in praecedente §pho laudata. Caeterum, si ius succedendi secundum feudi natum non omnium aequale est, quod in beneficiis maternis plerumque deprehendimus, qui, aliis praetermissis, feudi possessionem soli nanciscuntur, ut reliqui simul inuestiantur, adeoque ius succedendi subsidiarium, prima inuestitura ipsis tributum, tueantur, pati debent, *Mand. Nouiss. Tit. i. §.3.* Eadem est conditio filiorum, qui ex patris refutatione feudum consecuti, huic simultaneam inuestitaram iniuria denegarent. Qui vero codem omnes iure gaudentes super patris hereditate paciscuntur et coheredi in eius portionem feudum cedunt, aut, sibi de simultanea inuestitura simul stipulantur, aut non. Si prius, res ex conuentione clara est. Sin posterius, inuestiturae simultaneae eo minus infisteret valent, quo magis conuentio ipsis obstat, dolique mali exceptionem vasallo suppeditat.

NOTA N T V M.

Leipzig, Diss., 1772 A-R



f

TA-70L

nur 23. Stck. höher verka.

Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	B.I.G.	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	--------	-------

Centimetres Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

*F. 8. num. 5.
1772, 3.*

**TITVRAM
AM SINE VASALLI
MPETRATAM PROPE
LLAM ESSE**

E R T A T I O

QVAM
C TORVM ORDINIS
NSENS V

E S I D E

D OFREDO BAVERO
NTECESS. ORD. RELL.

B.R. A. C. MDCCLXXII.

D RIO PETRINO
E TVEBITVR

BERECHT FÜSSEL
ESDENS.

P S I A E

A LANGENHEMIA

